Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36640
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



223

estimare habere prudentiam. quia in eo quod se habere precipuum putat sepe alter et diligentiores habere apud se aliquid boni non putat;
Unde hic quoque adhuc apostolus subiungit:
Similiter autem erant et in uestibulis fenestre per gyrum interiores; Postquam dixit fenestras in frontibus adiungit fenestras in uestibulis per gyrum interiores. quia non solum alta sancte mentis quae primitus habent contemplationis gratiam.
Sed plerique hoc donum et illa membra percipiunt. quae et si iam perfectiorum adsumma emigrent tamen adhuc per officium in imo iacent; Nisi enim et his et despectis uidentur omnes dei lumen contemplationis infundere et fenestre in uestibulo infuissent; Uidentur itaque alios in summis locis sancte et constitutos alta de celestibus loqui mirto studio. in quantum huius temporalis mens sufficit superne patriae secreta ymaginantes fenestre per in frontibus; Alii uero in secreto sancte sinu conquiescunt et despecti humanis oculis uidentur. sed apud se sapientiae studiis uacant. ad celestia anhelant. atque in quantum praeualent quae sint gaudia aeterna considerant. fenestre itaque obliquis per in uestibu

lis;